

Beata et gloriosa dei genitrix, sicut dicitur, ita et est verissime virtutum²⁵ operatrix multisque ac magnis ubique terrarum prefulget miraculis. Cum enim in carne {ad}huc mortali degens gratia fuerit plena et dominus cum ea, quanta nunc superexcellit gratiarum omnium abundantia, cum a filio in regnum sit assumpta et super²⁶ ang{elorum} choros exaltata? Et si reliqui sancti et electi {partim} vita presenti, partim^d post transitum gloria illustrantur signorum, utique^e multo magis prepollet regina omnium, quę merito per filium potestatem operandi, quod voluerit, habet in terris, cuius consessui proxima creditur in celis. Verum preter signa visibilia indesinenter patrare solet quędam magnalia nostris precipue necessitatibus utillima, presertim cum signis exterioribus sunt roborata, iam dudum /

Die Schrift auf fol. 5^r ist so stark zerstört, daß sich keine zusammenhängenden Sätze mehr lesen lassen.

fol. 5^v

... ut visione conspiceret, subitoque ingenti fragore solutis conclavibus et abiectis longe vectibus, valvas ecclesię occidentales aperiri videt. Nec mora, precedente immenso lumine virginum plurime catterve mirifica ornatus sui ...^f distinctę ingrediuntur, mediamque inter seam omni laude dignissimam ducentes MARIAM huius carminis suavi concentu venerantur: „Hęc²⁷ est regina virginum, quę genuit regem, velut rosa decora virgo dei genitrix, per quam repperimus deum et hominem“. Finita vero hac melodia, et gloriose adducta in templum regis

d) pati Hs.

e) nicht sicher in der Hs.

f) in der Lücke steht ein Wort, das anscheinend auf ate endigt.

25) Rupert von Deutz, *In cantica canticorum lib. IV*, ed. Hrabanus HAACKE (CC Cont. Med. 26, 1974) S. 103, 698 f.: virtutum operatrix.

26) Die Wendung ist liturgisch; siehe z. B. (Gregorius Magnus) *Liber responsalis*, Migne PL 78, Sp. 798C: Ecce exaltata es super choros angelorum; ähnlich ebda. Sp. 603C, 633A; ferner Albert RIPBERGER, *Der Pseudo-Hieronymus-Brief IX „Cogitis me“*. Ein erster marianischer Traktat des Mittelalters von Paschasius Radbert (Spicilegium Friburgense 9, 1962) S. 74 § 38, S. 77 § 43, S. 148.

27) Als Vorbild haben vermutlich die zahlreichen Hymnen gedient, die mit Haec est anfangen; vgl. *Analecta hymnica medii aevi Register 1*, hg. von Max LÜTOLF (1978) S. 420-422.; ferner Petrus Cellensis, *Commentaria in Ruth I (1,18-19a)*, ed. G. DE MARTEL (CC Cont. Med. 54, 1983) S. 36, 101: Haec est regina virginum.